



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 859. Usque Ad Annum 887

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117875**

§. 17. Concilium Wormatiense.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66112](#)

Sæculum IX. & putat illum, quando ei Titulus Pa.  
A. C. 868. triarchæ & locus secundus concessus est,  
solummodo Titulum honoris sine Juris  
dictione accepisse.

## §. XVII.

*Concilium Wormatiense.*

*Ann. Fuld.* In Germania quoque non defuerunt, qui  
868. to. 8. Græcorum calumnias refellerent, quo  
*Conc. p. 941.* rum Scripta in Concilio Wormatiæ de-  
cima sexta Maji anno octingentesimo  
sex-

hoc Tractatu strenue & nervose assertit Romani  
Pontificis auctoritatem & in tota Ecclesia juris-  
dictionem, dicit, nulli Concilio Oecumenico  
suam constare auctoritatem sine Romani Episco-  
pi consensu, affirmat, Concilia omnia a Roma-  
no Pontifice approbata, rata perstisſe, cetero-  
rum nullam esse auctoritatem, defendit, Episco-  
pos Constantinopolitanos nunquam non Roma-  
no Pontifici subjectos. An forsan, quæ adver-  
sus Græcos a viro pio, modesto, eruditissimo  
nervose dicta sunt, contra te, Græcis conser-  
tientem, non valeant? Ceterum, Ratramum  
contra substantiam Doctrinæ Catholice de Ev-  
charistia non pugnasse superius demonstratum.  
Illud tandem ridiculum, quod dicit Cave, Ratra-  
mum a quibusvis sui sæculi viris doctissimis me-  
gni habitum, & ab ipsis Scriptoribus Pontificiis  
ornatum. Quasi vero in illo Sæculo preter  
Scriptores Pontificios alii, nisi forte Photius, ex-  
titissent, aut ipse Cave in hoc Sæculo nominare  
alios potuisset.

sexagesimo octavo celebrato, Ludovico Sæculum IX.  
Rege præsente, fuere approbata. In eo- A. C. 868.  
dem Concilio permulti Canones, ad Di-  
sciplinam pertinentes, conditi. Sunt qui  
octoginta numerent, sed in exemplari-  
bus optimis solummodo quadraginta oc-  
currunt. In his Canonibus, qualis pœ- Not. Surii.  
nitentia publicæ usus viguerit, & varii p. 954.  
pœnitentium gradus, sicut in epistolis  
Nicolai I. Papæ, dignoscuntur. Domi-  
nis auctoritate privata servos suos occi- Can. 25. 26.  
dere prohibetur; sed pœnitentia ultra 27. &c.  
annos duos non extenditur. Pueri Mo- c. 38.  
nasterii a parentibus oblati adhucdum c. 22.  
secundum S. Benedicti Regulam, & Con- Reg. c. 59.  
cilium Toletanum quartum teneri cen- Conc. Tol.  
sentur. c. 49.

### §. XVIII.

#### *Epistolæ Basiliæ & Ignatii ad Papam datæ.*

R espónsa ad objectiones Græcorum da- Ep. Had.  
ta tunc quidem effectu caruerunt, to. 8.  
quoniam, Photio earum auctore pulso,  
nemo fuit, cui de his disputare curæ es-  
set. (\*) Nemo prius de Photio ejecto & Conc. p. 1086  
Ignatio restituto quam Euthymius Spa-  
tharius, Imperatoris Legatus, Romam  
nuncium attulit. Porro Theognostus

U 2                   Abbas,

(\*) Erga tunc Schisma potius solius Photii,  
quam Græcorum dicendum erat.